

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

SATURIO

COMOEDIA = = = =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

TARCISIUS

ACTIO DRAMATICA =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

= = = = = = = =

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 0.50

ARRAE GORGONIAE

MILESIA FABULA = = = =
JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XV.

ROMAE, Mense Martio MCMXII

Num. III.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsavia Polonorum
Rakiewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna"

Varsavia Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuerat ac foveat

Itaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inductas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium eumdem explere desideria sua possit.

PRETUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italianam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XV.

ROMAE, Mense Martio MCMXII

Num. III.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Rerum index:

Pio X Pont. Max. in solemani commemoratione Sancti Josephi a. MDCCCCXII.
Religionis conceptus.
Lisputationes philosophicae Modernistam inter et Thomistam.
Quia ratione amor finis possit esse simul et naturalis et liber penitus inquiritur.
Scoli lapidaril elementa. Litterae inscriptionum singularium et vocabula decurta.
Quadam animi inflammatione opus est in artibus ingenuis edocendis.
Iudi puerorum apud Italos. Repagula, vulgo Trincea.
Pii VII Pont. Max. duplex per regionem Nivernensem transitus.
Acta Pontificia. Rubricae in recitatione Divini Officii et in Missarum

celebratione servandae ad normam Constitutionis Apostolicae «Divino afflato».
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae selectae. Ex Congregatione Consistoriali. — Ex Congregatione Indicis. — Ex Congregatione Sacrorum Rituum.
Diarium Vaticanicum. Coram SSmo. admissiones. — Pontificiae electiones. — Vita funti viri clariores.
Annales. Novae Sinensis reipublicae fata. — In Perside. — Bellum inter Italos atque Turcas.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
Aenigmata.
Appendix: Anthea.

PIO X PONT. MAX.

IN SOLEMNI COMMEMORATIONE SANCTI JOSEPH

A. MDCCCCXII

*Martius vernal, recolitque nomen
grande Josephi, DECIMO PIORUM
inditum, sacro simul ut Lavacro
prodit, infans.*

*Ver redux longum, PIE, Te per aevum
sospitem cernat! Sileat, novenne
qui Tibi regnum fore dixit; annos
exige Petri!*

*Gaudiis ac Te cumulet supernis
qui Deus novit, vel acerbiores
inter aerumnas, recreare laeto
pectoris sensu.*

*Nuper arrisit Tibi lux serena,
quo die lecta licuit phalange
purpuratorum viduata Patrum
scamna replere.*

*Iamque laetandi nova surgit hora:
sedecim, postquam Labarum refusit,
acta sunt Orbi memoranda claris
saecula gestis.*

*Acriter Romam sibi vindicabant
Caesares bini: Crucis ille Christi
cultur accedit; colit hic deorum
numina vana.*

*Ille, Gallorum veniens ab oris,
voce caelesti monitus, triumphis
advolat certis, Crucis explicato
auspice signo.*

*Herculis clavam Iovis atque fulmen
invocans, alter bovis obtuetur
exta, felicem paritura, teste ha-
ruspice, pugnam.*

*Pugna mox servet, volitatque primum
spissa telorum crepitansque grando;
tum micant enses, truciorque saevit
cominus ira.*

*Milvum sentis trepidare pontem,
quo ruunt densi pedites, equorum
quo ruunt turmae; rubet a profuso
sanguine Tbris.*

ANTHEA

(1)

(Ex fabula H. SIENKIEWICZ Poloni: *Eamus ad Ipsum*).

C. Septimus Cinna, patricius Romanus, emeritis stipendiis inter legiones, quum esset etiam tum integra aetate, Roman reversus est otii fruendi causa vitaeque per luxum ac voluptates agendae, quibus, ut tunc erant tempora, circumfluere dicitibus licet. Ei nulla deorum opinio erat: philosophiam pro nihilo habebat, bonum, virtutem vacua verba putabat, quibus nulla esset subiecta sententia. Quumque id unum sibi proposuerit, curare se molliter et incundissime vivere, actae ex arbitrio aetatis admirationem iniecit aliquandiu civibus, donec, dissipata re familiari, nihil sibi relictum sensit nisi gaudii lassitudinem rerumque omnium saetatem. Hue accessit animi aegritudo maxima, quem expertus fuerat ante nunquam. Nam praedives, et, ut iis temporibus, voluptuariorum, deliciis omnibus diffluxerat ille quidem, gloriae militaris cupiditatem expleverat, depulso periculo gestis; idem cum suae aetatis philosophiae valde coniunctus facile intelligebat, quos intra fines humanae vis mentis contineretur; artem, poesim admiratione et cultu fuerat prosequutus; in quo denique vita consisteteret, quid eadem polliceri posset apprime tenebat. Nihilominus in iis omnibus perseverans, magnus aliquid neglexisse sibi videbatur, nec quid illud esset diu cogitanti apparebat.

Postquam animus cum re concidit, Alexandriam profectus est proconsul, itinere nusquam enra vacuo usque Brundusium speque cito deiectus, quam conceperat, fore ut novis rebus videndis iungendisque amicitias tandem aliquando possit mente consistere. Frustra etiam tentavit intermissam Urbis consuetudinem revocare, seque ingurgitare in voluptates, quibus animum a molestia avocaret. Denique ad ultimam perductus tristitiam, de erienda sibi lucis usura cogitare coepit; iamque rei certum constituerat modum, quum singularis quedam in somnis obiecta species a diro eum consilio deterruit. Sibi enim visus est cymba annem traicere et in opposita ripa cernere quasi servae figuram labore fractae ipsum praestolantis; eandem audire, data reverenter salute, dicentem, se ipsius esse molestiam; processisse ut obviam occurreret. — Tnm primum expavit qui ad nullos casus antea extimuerat, simulque intellexit, si de altera vita cogitare sibi non licet sine moestitia, hanc etiam post fata comitem futuram.

His pressus augustiis extremum consilium cepit percontandi philosophos, qui in Serapeo versarentur, si quam forte medicinam afferrent; sed qui difficilem exstricaret nodum tolerandi ab ipso doloris exstithit nemo.

Erat eo tempore sapientium facile princeps in civitate Timon Atheniensis, vir nobilis atque, ut habebatur, omni doctrina eruditus institutisque philosophorum abundans. Is, miti ingenio ac peracuto, multis ab annis Alexandriae degebat, mysteriis Aegyptiorum cognoscendis intentus. Quem ut Cinna comperit longe alium a ceteris esse philosophis, angustis iis atque ie-

iunis, brevi sibi eum arctissimo familiaritatis vinculo adiunxit. Insidebat in animo senis forma quaedam exigua humanae vitae ad praecpta rationis componendae, eratque doctrina cum dicendi copia et suavitate coniuncta. Quibus de rebus etsi magna esset admiratio adolescentis, stupor tamen longe maior iniciebatur ore senis ad ingentem tristitiam composito. Itaque saepe in eo fuit ut ex ipso quaereret causam moeroris, suumque animum aperiret.

Forte vespere quodam, quum, remotis arbitris, uterque in peristylio constitisset in mare porrecto, apprehensa manu senis, adolescens acerbatis sue virus evomuit, atque:

— Hoc inquit — vita taedium mihi causa fuit consulendi philosophos. Te fortuna obiecit meae interpretari vitae; qui nisi meipsum mihi revelaveris, spem omnem ademeris, parem huic officio praestando quemquam futurum.

Cui Timon, diu aequor intuitus imminentis luna splendescens:

— Notastine — inquit — avium hoc a nigris septentrionibus commigrantium agmina? Quid hiemantes in Aegypto quaerant ignoras?

— Nempe lucem et calorem.

— Hominis quoque mens expetit lucem, quam sola gignit veri inquisitio atque investigatio; ab eodemque calor quaeritur, qui est idem atque amor. Sed inter homines et aves hoc maxime interest, quod his iter ad felicitatem cognitum est atque paratum; illis agitur vita perpetua curis et anxia dubitatione tristissima.

— Ita plane. Verum quid causae est eur tranquillae vitae degendae viam homines nullam inveniant?

— Quandiu pietas in deos altis stetit fixa radibus, animorum quietus et placatus status erat. Postquam vero, deorum opinione sublata, religioni, quasi lucernae humore defectae, philosophiam suffecerunt, nulla pars relicta est vitae beatae. Plerique enim, ut scis, philosophorum greges, quum Romae, tum Athenis, nihil cognosci, nihil sciri posse contendunt, omnemque veritatem in profundo esse demersam; quos equidem non expetitae tranquillitatis, sed maxima perturbationis esse autores existimo. Ita fit ut, pro tentis manibus, per anfractus obscurissimos tentemus egressum.

— Neque adhuc invenisti?

— Mihi quidem tentata res est; non tamen ausu feliciori quam tuo. Nam quum animi securitatem tu in corporis voluptibus, ego in cogitatione quaererem, caliginem in qua versamur neuter discussit. Nec te solum angi putandum est, sed in te aegrotare animam mundi. Quam multo abhinc tempore opinionem de diis immortalibus abieciisti?

(Ad proximum numerum).



P. ANGELINI.

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exterhas gentes**, quo facilis satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redditum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipiendarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

DILIGENTIA IN OPERE - TEMPERANTIA IN PRETIO

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA ===

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA =

==== JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA ===

==== JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XV.

ROMAE, Mense Aprili MCMXII

Num. IV.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsavia Polonorum
Rakewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna .."

Varsavia Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame

143904